

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Andreas Daniel Habichhorst Matthaeus Bolius

**Abramus Sola Fide, Imputata Seminis Benedicti Iustitia, Iustificatus,
Dissertatione Theologico-Exegetica Ad Gen. XV, 6. & Rom. IV. 3. Plenius paulo
ostensus & expensus**

Rostochii: Wepplingius, 1696

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740914219>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 2. Mai 1696

Habichhorst, Andr. Dan. /c



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740914219/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740914219/phys_0003)

DFG

ABRAMUS

SOLA FIDE,
IMPUTATA

SEMINIS BENEDICTI
JUSTITIA,
JUSTIFICATUS,

DISSERTATIONE THEOLOGICO-EXEGETICA

Ad GEN. XV, 6. & ROM. IV, 3.

Plenius paulò ostensus & expensus;

QVAM

Benedicente Benedicto Semine & R. FCte Theol. suffragante,

PRÆSIDE

VIRO Summè Reverendo, Magnifico atq; Excellentissimo,
DN. ANDR. DANIELE
HABICHHORSTIO,

S. TH. Doct. ejusdemq; P.P. & Consiliario Duc.

Mekelb. Consistoriali, Collegiq; Proff. Ducalium ut & FCtis

Theologicæ Seniore & h. t. Decano spectatissimo,

DN. PATRONO AC FAUTORE JUO singulariter devenerando,

Add. 2. Maii, An C. 1695 in illustris Acad. Rostoch. AUD. MAJORI,

placidæ ovlymptæ Academicæ exponit

MATTHÆUS BOLIUS, Rastenb. Pruss.

A.&R.

Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

1696



SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
ELECTORIS BRANDENBURGICI

ARCIS

RASTENBURGENSIS

C A P I T A N E O

illustri,

Ecclesiæ Patrono & Consiliario Provinci-

ali Fulgidissimo,

Eiusdemque RASTENBURGENSIS Districtus

ORDINI EQVESTRI

Gnerosissimo,

ut ET

Perqvam Reverendo ibidem

M I N I S T E R I O,

Net non

CIVITATIS LAUDATÆ

SENATUI JUDICIOQVE

Prudentissimo & Amplissimo,

simulque

TRIBUNIS ac CIVIBUS

Spectatissimis atqve Eximiis

omnibus & singulis,

DNNS. Patronis, Promotoribus

ac Fautoribus observandissimis,

& honoratissimis



בשא אכזר

Articulum de Justifica-

tione hominis coram Deo, si non **principia**,
ipem fidei vel Doctrinæ Christianæ, cum
Theologis Wittebergens, in Rept. Con-
sensu Fidei verè Lutheranae punti. 42., certè
proximum à principe, vel etiam funda-
mentalisimum cum B. D. Kromayero in
Loc. XI. Theol. Pos. Pol. & Loc. V. Anni-Syno-
cret. ib. i. vel cum aliis ceterum Theolo-
gia, ad quod omnia collimant, vel sa-
craum Oceanum, in quem fluant & ex quo

omnia confluant, vel cum Cheminio Loc. de Justif part. 2 arcem
& propugnaculum totius doctrinæ Christianæ dixerimus, à veritatis
femitâ recessisse vix videbimus. In illo enim articuli plures iidemque
gravissimi, de Homine sc. de Peccato, de DEO ejusque justitia & misericor-
dia, de Christo ejusdemq; Persona & Officio, Obedientia, morte, me-
rito & satisfactione, de fiducia & Bonis Operibus occurrunt: Illo etiam
stante superstitiones & corruptelæ, qibus ceteroqui Papiseqvæ alii
que heterodoxi alias contaminant articulos, per se cadunt: illoque
cadente vel contaminato orthodoxia in aliis retineri articulis ne-
quit: Pau'ulum enim fermenti totam fermentat massam, quod dictum
Apostolus in hac ipsa de Justificatione controversia usurpat, Gal. V. 9.
Cont. B. Lubb. Tom V. Jen. f. 159. F. C. Epit. Declar. Art. 3. p. 683. D. Kro.
maj. l. c. Id quod antiquus ille serpens, sic satis animadvertisse vi-
detur, cum articulum hunc nullo non tempore non tantum perso-
nianos & Pontificios, sed & per Novatores qvoscadum, qui ceteroqui
purioris doctrinæ περιεχοντι volabant videri, corrumpere conare-
tur. Cum verò non ipsum modo Articulum, sed & illa Scriptura-
rum loca, qibus ipse nititur, & hos inter Cardinalem illum Mosaico-
Paulinum Gen. XV. 6. & Rom. IV. 3. quippe quo Abram non inbasivè
per Bona Opera, sed imputative per fidem justificatus dicitur, obscura-
re & depravare omitem, quod ajunt, rudentem moveant, haud abs-
refore arbitrabar, si illum tam insignem locum, faciem mihi prælu-
cente Excell. Dn. Præside, paulò penitus considerarem, ex eoque

A

abra.

Abramum, tanquam ordininarium omnium tam in V. quam N. T. justificandorum exemplar, non in hæsiū per bona opera sed imputative, sola fide, coram Deo iustificatum, contra Pontificios & Socinianos aliosque breviter monstrarem. Totam vero tractationem Loci Mosaico - Paulini in tres quidem sed breves omnino Sectiones dispescimus, quarum prima erit Parasceuastica 2. Analytico-Exegetica 3. Praedico-Porismatica. Tu verò, ô summe Deus,

Huc ades & nostris clementis allabere cœptis!

SECTIO I. PARASCEUASTICA.

Viam ergo ad Genuinum Loci Mosaico - Paulini sentum prima Sectione paraturis, duo præcipue duobus evolvere membris incumbit. Ex quibus M. I. utrumq; texum authenticum unā cum versionibus præcipuis præmittet; Membr. II. precedentem Textus historiam atque connexionem evolvet. Esto igitur

MEMBR. I. præmittens

Textum utrumq; Authenticum cum versionibus
præcipuis.

§. I. Textus v. Authenticus Mosaicus Gen. XV. 6, hic est: וְהִאמֵּן בַּיּוֹתָה וַיַּחֲשַׁבָּה לוֹ צְרוּךְ:

Versio Chaldaica Onkelosi,

האמֵן בְּמִרְאָה רְאֵי וַחֲשַׁבָּה לִיהְיוֹת :

b. e. credidit in verbum Domini, & reputatum est ei ad iustitiam. Græca LXX. Επίστευσεν οὐρανῷ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ ἡ δικαιοσύνη.

Latin. Vulg. Credidit Abram DEO & reputatum est illi ad iustitiam. Jun. & Trem. Tunc credidit Abram Jehovæ, qui imputavit ei illud ad iustitiam.

Germ. Lutb. Abram gläubt dem HErrn und das rechnet Er ihm zur Gerechtigkeit.

§. 2. Textus Authenticus Paulinus Rom. 4. 3, ex Græca versione LXX. Gen. XV. 6, tunc vulgo nota citatus: Τί νῦν οὐ γένεται λόγος; Επίστευσεν δὲ Αβραμός καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ ἡ δικαιοσύνη.

Lutb.

Luth. Was saget aber die Schrift s Abraham hat Gott
gegleubet, und das ist ihm zur Gerechtigkeit gerechnet.

Vers. Lat. Trem. & Bezæ: Quid enim dicit Scriptura s nem-
pe credidit Abraham DEO, Si imputatum est illi adjustitiam.

S. 3. Præterea allegatur hic locus (a) ab eodem Apostolo
iisdem verbis, Gal. 3. - 6. καὶ ὡς Αβραὰμ ἦν πίστις τῷ θεῷ καὶ ἐπο-
γένθη αὐτῷ εἰς δικαιούμενόν του.

(b) Ab Apostolo Jacobo Cap. 2.13. Καὶ ἐπληρώθη ἡ χραφὴ ἡ λέγουσα,
Πίστις δοεὶς ἡ Αβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ εἰπεῖσθη αὐτῷ εἰς δικαιούμενόν του.

S. 4. Ut ut verò Apostoli quibusdam verbis à Mose, & ver-
siones vel à fonte vel inter se discrepant; sensu tamen per quam ele-
ganter conspirant. Omnes enim eo collimant, ut Abramum (non
per opera, nec in hæsiū, sed per fidem & imputatiōem oram DEO ju-
stificatum esse contestentur, id qvòd sequentibus erit ostendendum.

Membr. II. recensens

Præcedentem textus historiam & Connexionem.

I. Cum enim enucleandis Scripturarum locis plurimum lucis
ræjacturam haud fecerimus, si in ipso interpretationis Loci hu-
jus limine, juxta leges Hermeneuticas, præcedentem historiam
& συνάφειαν s. connexionem cum antecedentibus, pro investi-
gando Loci hujus scopo veroque ejus sensu, paulò altius repeta-
mus, præfertim cum ipse Moses Connectere locum hunc cum
præcedentibus præfixione particulæ 1 in הַדְּרָאִים non dubitarit.
Præcedente enim Capite XII. Gen. v. 1. 2. 3. jusserrat DEUS Abr-
am exire ex Patria suâ (h. e. Mesopotamia) & cognatione sua, ad-
iectâ triplici promissione, terra sc. Canaan, multiplicandi seminis,
&, qvæ principalissima erat, Seminis benedicti, h. e. Messie, his pro-
posita verbis: וְנִכְרַתְּ בְּךָ כָּל מִשְׁפָחַת אֶרְםָן
in te omnes familie terre, qvæ ipse DEUS Gen. 22.18 & cap. 26.4. ita in-
terpretatur: בְּזֹרֶעֶךְ כָּל גּוֹי הָרָץ h. e. benedicentur in
semine tuo omnes gentes terre. Conf. Gen. 28.14. Et Apostolus Gal.
3.8. 16. singularem numerum בְּזֹרֶעֶךְ in semine tuo fortiter urgens, de
Christo dñe fertè exponit.

S. 2. Qyamvis autem Abram DEUM ita vocantem & pro-
mit-

mittentem ex fide secutus, iuxta Heb. XI. 8. homo ætatis suæ 75.
ex patriâ terrâ cum Conjuge Sarâ fratrissqe filio Lothro in terram
Canaan exiverit Gen. XII. 4. 5. & promissiones seminis habuerit
aliq'voties repetitas v. 7. & cap. XIII. 14. 15. 16. nihilominus tamen,
ubi complementum ipsarum non nihil differri videret, interea-
que nonnullas experiri adversitates necessum haberet (ex terra
enim promissa Canaan propter annonæ caritatem in Ægyptum mi-
grare, ibique Conjugis causa periculum subire v. 11. 15. seqq. & rever-
sus in Canaan litigia inter suos & Lothi, fratris sui filii, Pastores
audire, & ob horum declinationem à Lothro sese separare Cap. XIII.
7. imo & in viciniâ sua bellum, qvod Rex Kedaraomer ejusque locii
cum quinq'v Regibus pentapoleos, Rege sc. Sedom, Amorah & cete-
ris à Kedaraomer deficientibus gerebat, hujusque occasione Lo-
thi in regione Sedomæ habitantis captivitatem, experiri cogeba-
tur, Gen. XIV. 1. 8. 10. 11. 12. qvanqvam pro liberando hoc Lothro,
assumis 18. vernis suis & confœderatis qvibusdam, Regem Kedar-
laomer cum sociis aggressum feliciter debellavit v. 15. 16. & reversus
ē militiâ victor non tantum à Rege Sedom honorifico occursu v. 17.
sed & à Melchisedeco Rege Jeruschalem opiparo convivio civili
& benedictione religiosa exceptus & refectus fuit ,v. 18. 19. 20.
Conf. Dn. Præf Dispp. de Melchisedeco) ubi, inquam, has adver-
sitates post promissiones jam dictas experiretur, & promissum dif-
ferretur, non nihil de ipsarum intellectu & tententiâ dubitare, &
cum gravi qvadam tentatione luctari Abram cœpit, qvod pluri-
bus ex seq. Cap. XV. Gen. v. 1. & seqq. patet, in quo & præsens locus
noster habetur.

§. 3. His enim, qvæ modò ex præcudd. Cap. XII. XIII. &
& XIV. Gen. recensiimus, transactis, vel אחר הרכביִת utifons Ebræus habet, h. e. post verba hac (ubi verba pro rebus ge-
stis, qvæ verbis recitantur, Ebræorum more ponuntur. Conf. Gen.
XIX. 22. Deut. XVII. 5. Jud. VI. 29.) satius est cap. XV. Gen. sermo
Domini ad ipsum per visionem dicentis: Ne timeas Abram: Ego prote-
ctor sum Tuus & merces tua multa valde. Quibus certè verbis meti-
culosum Abrami animum econsolatur & erigit DEUS. Unde ve-
rò hic metus fuerit ortus, disputatur; hoc tamen certum est,
Abramum non levem incessans metum, & hinc cum gravi quadam
tentati-

temptatione luctatum fuisse.. Igitur DEUS pro summa benignitate sua consernatum promissione & solatio erigere Abramum, o. mnemque ipsi metum admtere dignatur, per visionem ipsi dicend. לְתֹרֶא אַבָּרָם נְאַמֵּן רְךָ נְאַמֵּן Abram (ne vicinorum s. potentia s. invidia metum tibi incuriat, neve de promissionis veritate dubites) Ego מֶלֶךְ tibi (protector tuus summus, à Rad. גָּנוּנָה textit: abstratum enim pro concreto more Ebræorum adhibetur ad indigitandum superlativum, vel divinæ benedictionis & protectionis magnitudinem, q. d. quem timeres me protectore tuo summo & omnipotente ? Et cur dubitares de promissionis veritate: Ego merces tua, & quidem הרברָה מָאָר i.e. multa vaide &c.

§. 4. Quid vero Abram's auditio hoc Domini verbo? ille regerit v. 2. Domine DEUS, quid das mihi? Ego vado (incedo) orbus (improlis) Luth. ohne Kinder. Quibus certè verbis temptationem suam aperte exponit q. d. audiri quidem promissionem de dando semine benedicto ex meis nascituro lumbis; sed eò usqve sum progressus, ut non adeo multum mihi ex hoc vitæ curriculo super sit, sed jam prope ad metam pervenerim; hactenusvero non dedisti semen illud, sed improlis discedo; quid autem prodest, licet quamplurima mihi dederis, si decadam sine liberis? Ut vere temptationem exaggeret, atque rei indignitatem augeat, Ele serius simul Damasceni, Oeconomus, mentionem habet eumq; promissi onum de semine benedicto & possessionum hæredem fore, ade quoque in promissione divina Gen. XII. qva Semen ipsi promissum, fortasse non suam ipsius prolem, sed tantum cognatos & domesticos aliosque etiam servos & œconomos significari vel intelligendos esse carne suggestente suspicatur, inqviens: quid das mihi, ego absq; liberis incedo; sed בֶּן-מִשְׁקָה הוּא דָמָשָׂק h. e. Filius (non Masek vernacula Abram, uti LXX. habent, neque filius Oe conomie mei, uti Vulgatus, sed) discursus domus meæ (à R. pp. discursitavit) h. e. per Ebraismum discursivator s. œconomus meus (qui jugiter discurrens omnes domus angulos perreperat quasi, vel ad quem recurrit familiæ meæ quilibet. Conf. Glass. Phil. S. 1. 3. Tr. 1. Can. 36. n. 4. Fuller. mis. sacr. l. 3. c. 15. quomodo filius mortis notat mortis reum). Sam. 31. filius arcus sagittarum Job. 41. 19. Conf. Glass. l. c. Wasm. Ebraism. Ref. App. 2. p. 286.) iste Damascenus Elieser. Ut adeo

A 3

tam

Item posterius **רָמֶשׁ**, quām prius **בְּנֵי-מִשְׁקָן** sunt epitheta Elieseri, & prius quidem officium ejus respiciat, uti dictum, noterque idem, quod **dispensatorem** **oeconomum**; posterius verò patriam & **co-nomii** hujus **Damascum** ostendat. Pergit verò Abram v. 3. **Ecce mibi non dedisti semen;** Eliaser verò, (de quo dixi) **semen habet;** **Ecce sic erit,** ut **filius domus mea** (i. e. filius Elieseris s. vernameus, domi meæ ab Eliesere natus (adeoq; non ipse Elieser Damascenus) sit **bēres meus**,

S. 5. Gravissimæ huic temptationi & objectioni Abramiticæ ita occurrit DEUS, ut ostendat semen promissum & hæredem non futurum esse filium **oeconomi** Elieseris, sed semen, quod de lumbis Abrahæ esset egressorum, his verbis v. 4. non erit hic (Elieseris filius) **bēres tuus**, sed qui egredietur **de viscib⁹ tuis**, bie **bēres tuus**. Atq; ut eò magis veritatem promissionis ostenderet, educebat ipsum foras v. 5. & dicebat illi: **Suspice cœlum, & numerā stellas, si potes numerare illas, & ajebas illi: Sie eris semen tuum.** Post hæc autem verba divina cum Abramo sociata, immediate seq. v. 6 Moles locum recenset nostrum: Et creditio (Abram, cum quo hac tenus sermones sociavit DEUS) in Deum, **& imputavit illud ei adjutitiam.**

S. 6. Qvod verò Paulini, alterius loci nostri, Connexionem attinet, ut de illo etiam pauca interseramus, ita habet: in præced. Cap. 3. ad Rom. inter alia v. 21. 22. 23. 24. 28. docuerat Apostolus, hominem justificari per fidem sine operibus, dixeratq; v. 21. **justitiam fidei testimoni⁹ legis i. e. ex libris Mosaicis & Prophetarum comprobatam esse**, ut sc. suspicionem novitatis removeret, q. d. neque rem novam, neque à lege & Prophetis alienam annuncio. Ut vero doctrinam cap. 3. traditam magis confirmet atque illustret, hoc seq. cap. ad Rom., affert tum exemplum Abræ ex Lege s. Libro Mosaico Gen. XV, 6. quippe Locus noster est: Abræ, inquam, qui habebat fidem & opera, & tamen non ex operibus, sed ex fide dicitur justificatus; tum etiam testimoni⁹ Prophetæ Davidis ex Psalm. XXXII. 1.

SECTIO II. ANALYTICO-EXEGETICA.

MEMBR. I. exponens

Loci SUBJECTUM.

FACTA sic præparatione quadam, per recensionem tum textuum authenticorum & versionum, tum historicæ connexionis, pedem

pedem jam ad Philosophico-Theologicanum Textum Auctentico-
rum Analysis atque Exegetis promovemus. Philologia enim sa-
cra ex minimis etiam textuum originalium vocibus, imo ex pun-
ctis, ingentes doctrinarum thetauros colligere solet. Quatuor
vero membris Exegetis illam expediemus, quorum (1.) ex-
ponet Subjectum, quod est Abramus, (2.) verò Prædicatum, credi-
bit in DEUM &c. Cum vero prædicatum plura involvat, fusiū il-
lud continuandum per m. (3.) quo de Objecto fidei, & (4.) quo de
eonseqvente agendum erit.

S. 2. Primo igitur occurrit *subjectum* loci nostri, quod in Textu
quidem Mosaico non exprimitur, sed tamen subintelligitur ex præ-
cedentibus repetendum. Quod verò nullum aliud sit Loco hujus sub-
jectum, quam Abram, non tantum συνάφεια palam arguit, quam
repetere hic nihil attinet, cum superiori sectione sit expedita.
Conferatur saltim præced. verlus, ex quo nomen Abrami h. l. re-
petendum est. Sed & allegatio Apostolica Rom. IV, 3, quæ Sub-
jectum disertè voce Αβραὰμ exprimit, satis id ostendit. Unde & Lu-
therus noster idem in Loco Mosaico exprimere non dubitavit.
Quodnam verò nominis hujus Etymon sit, disquiriri solet. Er-
rant, qui illud ex אַבָּן transiit, derivant, quod faciunt, qui cum
Hesychio & Chrysostomo interpretantur μέτρον μεθώπος h. e.
transitorem excelsum. Vid. Sixt. ab Amara Anti-Barb. Bibl. p. 416.
In Ebræo enim non est *אֶבְרָם* cum *עֵבֶר* sed *אֶבְרָהָם* cum N. Unde re-
ctius sentiunt statuentes, componi illud ex *אֵבֶן* pater & *רָם* alius,
à R. רָם *altum esse*, ut significet Patrem altum. Glass. Phil. S. lit. 4,
tr. 3, p.m. 707.

S. 3. In Græco textu Apostolus Patriarcham nostrum vo-
cat Αβραὰμ per ρε'ληψιν, cum per id tempus, teste Loco Mosa-
ico, non Abram sed Abram sit vocatus. Notum enim est, ipsius
nomen antiquum Abram deinceps Cap. XVII. 5. ab ipso DEO mu-
tatum & appellatum esse Abram. De qua mutatione nominis
similiter disquiritur. Errant, qui cum justino censem, mutatum
illud in certo uno a: nam Græca ἦν LXX. Versio iisdem imposuit,
siqvidem in Ebræo est אֶבְרָהָם, exquo pater, insertam esse no-
mini antiquo אֶבְרָם literam ח. Est vero illud desumptum ex nomi-
ne quodam integrō sc. חָמוֹן, quod ipse Spiritus S. tam ante, quam
post illam nominis mutationem v. 4. & 5, Gen. 17. rationis loco alle-
gat

gat, & turbam, copiam, multitudinem significat, adeoque non otiosè, nec sine omni, sed emphaticè interpositum ibidem indiget, quod sc. Abraham futurus esset Pater multitudinis. Similiter enim ex eodem etiam nomine הַמְּנִיחָה nomen Conjugis Abrahams שֶׁר mutatum in שֶׁרֶך Gen. XVII. 15. additè eadem litera ח, vel in ח mutato, ut utrobiqve earundem promissionum idem esset Symbolum. Conf Dn. Præsidis Dilp. 6. in Tract. de Melchisedeco, & Diff. ejus de Abramiticâ diei Christi visione.

MEMBR. II. sistens

PRÆDICATUM: CREDIDIT &c.

Prædicatum verò, quod missò jam subjecto, cum illud prolixiori deductione non videatur indigere) paulò penitus inspicendum evolvendumque est, exprimitur vocibus יְנַחֲדֵל credidit in Dominum & quæ sequuntur. Quibus tria omnino involvuntur, quorum (1.) ipse est *actus* s. fides Abrami, quæ credit, vel qua ipse credit (2.) *objectum* creditum, s. fides quæ creditur. (3.) Fidei Abrami (quæ credit) *consequens*, vel fidei, quæ cretur, *effectus*. Ad *actus* credendi s. ad *fidem* Abrami quod attinet, quæ credit & quæ *actus* mentis Abrami fuit, quo promissionem Evangelicam de gratia DEI in Semine benedicto Messia ejusque merito apprehendebat, & credenti applicabat &c. non abs refutetur, si primò Philolog. ad ipsum *actus* hujus credendi verbum Ebræum, יְנַחֲדֵל exposuerimus; dehinc vero Theologicè partim *actus* ejusdem credendi s. fidei, qua credidit Abram, principium, & quidem primò temporale (occasione particula in voce יְנַחֲדֵל), deinde propter connexitatem quoq; *actus* hujus credendi s. fidei principium causale: partim *actus* hujus credendi, s. fidei quæ credit, naturam paucis explicaverimus.

s. 2. Vox יְנַחֲדֵל i. e. credidit, præfixam habet literam servilem significativam נ, quæ varie quidem alias in scripturis accipitur; communiter tamen est *Conjunctio* & usitissimum significat *copulativè*, sæpius *adversativè*, item *disjunctivè* Exod. 21. 15. Matth. 15. 4. Exod. 12. 5. Nonnamquam contextu id ferente exponitur etiam *adverbialiter* per Tunc, Gen. 3. 6, c. 18. 10. quomodo & Junius h. l. illam vertit: Tunc credidit

eredit &c. de quo quid habendum paulò sit pòst dicetur. Alii vero
Interpretes, & ipse Apostolus Rom. 4 & Jacobus in Epist. c. 2. v. 23
expresserunt adversatè per de. Lutherus illam planè omisit. Conf.
Gloss. Phil. S. I. q. tr. nobis. 7.

§. 3. Quod vero ad ipsum attinet verbum, Radix ejus
יְהוָה, in Kal. significat nutritivit, iurarius est, sustentavit, in Niphil. verax
fides repertus est certus est, in Hiphil autem credidi: inde אֶתְהַנֵּה &
veritas, fides, idque non sine elegantiâ: quid enim aliud est
הַאמִּן, sc. credere & אֶתְהַנֵּה f. fides, quam cibus spiritualis, quo justus vivit,
vel est anima quasi, quâ justus vivit, juxta Chabac. 2. 4. Gal. 3. II. Nam &
fidei tres quasi gradus sunt, juxta gradum animæ vegetativum. sensiti-
vum & rationalem, sc. notitia, assensus, & fiducia, quæ naturam fidei juxta
orthodoxorum sententiam absolvunt, de qua deinceps. Conf.
Scherzeri Syst. Theol. Loc. 16. p. 428 Vegetativus enim, (qvo
primum crescit animal) notitia conferri potest, qua primum
spiritualiter augemur & crescimus. Col. 1. 10. in virum perfectum
vegetamur Eph. 4. 13. Sensitivus vero assensu, (qvo fides sine dubi-
tatione Jac. 1. 6. Matth. 11. 31. c. 21. 21. & metu Marc. 5. 36 Luc. 8
50. omnibus quæ, in scripturis Sacris continentur, assentitur vel
consentit Act. 24. 14. adeoque sensu qualis suo alterius sensum pro-
bat) & rationalis fiducia (quâ fides & nos credentes rationabiliter
& quasi ex præmissis, notitiâ & assensu, firmiter concludentes ad
throneum gratia accedimus, ut accipiamus λαβόπειν apprehendamus
conf. Joh. 1. 12. misericordiam Ebr. 4. 6.) comparari potest.

§. 4. Neque tantum fides quâ creditur, sed & que creditur,
(h. e. promissio divina de gratia DEI in Christo) tanquam veritas
caelitus verè est animæ sustentaculum, robur & propugnaculum, quo
nutrimur, sustentamur, confortamur, iusti sumus & defendimur. Unde
eleganter Isaías c. 7. v. 9. verbum hoc יְהוָה in Hiph & Niph. con-
jungit: לֹא הָמִין כִּי לֹא הָמִין כִּי h.e. nisi credideritis, non
(defendemini, non) permanebitis vel: annon credetis (scil. hactenus di-
ctis) nisi (quia non) confirmamini? (sc. miraculo vel signo)
Conf. Dn. Præsidis Dispp. in Isaiam, part. I. Disp. 9 ad h.l. Vulgatus ha-
bet: non intelligeris, quo Pontifici ridiculè abutuntur, probaturi
fident non esse notitiam. Similiter Josaphat Rex Judæ 2 Paral. 20. 20:
uid vestrum & defendemini, i. tuū eritis &c.

§. 5. Sed ad rem ipsam procedendum est. **Principium** actus hujus credendi temporale hic indagandi occasionem præbet particula 1 in voce לְאַמֵּן jam exposita, quæ particula, ut alias nonnunquam, commode adverbialiter accipitur, & tunc redditur; licet communiter sit **Conjunctio**, ceudictum: ita & h. l. à Junio quidem non male vertitur per tunc, tunc creditit &c; veruntamen nolumus quenquam hac versione in illam trahi opinionem, ut putet, Patriarcham nostrum jam demum auditâ promissionis reiteratione vel tunc: ubi DEUS ipsum Gen. 15. 1 & seqq. in visione dixit: *ne et mess, ego ελύπευς tuus ι merces tu i magna.* simulque foras eduxit, & promissionem de semine repetivit, incepit credere: Ita enim Moses Apostolo ad Ebraeos & hic contrariaretur illi: Apostolus n. Ebr. 12. 8. diserte testatur, Abramum credidisse, cum vocationem de migrando ē terra sua acciperet. Igitur notandum est, dari h. l. in voce גָּנָה i. e. tunc creditit, Ebraicum, quo res saepe fieri dicitur, quando continuatur & confirmatur. Conf. Exod. 18. 11. ubi Jethro Mosis sacer: *וְשָׁרֵךְ עֲתָה וְעַתָּה* tunc, inquit, cognos o, magnum esse Jhovam Ge. Joh. 2. 12. Crediderunt Discipuli ejus &c. Adeoque rō credere Abramii h. l. non ita intelligendum, quasi jam demum auditâ promissionis reiteratione Gen. 15. 1, seqq. crediderit, sed quod fides ejus continua, & per repetitam expositamque promissionem divinam magis sit confirmata. Conf. Glass. Phil. S. 1. 3. Tr. 3. p. 225. Pruckn. in Vindic. ad Gen. 15. 6.

§. 6: **Principium causale** actus credendi s. fidei Abrami (de quo occasione temporalis principii, majoris exegeseos gratia, hīc nonnulla interimus) quod actum hunc credendi s. fidem in mente Abramii accedit, fuit Deus, suis tamen mediis & instrumentis usus; s. ut distinctius mentem nostram explicemus, **principium quod fidei** Abrami fuit Deus Triunus; **principium quo fidei**, quo divina benignitas in accedenda Abrami fide fuit usq. Verbum DEI, quod immediate adhibebat in revelando Messia nascituri & passuri mysterio: idq; cūm exp̄r̄cedd: loci nostri verbis, tum ex cap. Gen. 12. & 22. elucescit. Nam Gen. 12. 1 seqq. Deus Abramum ex terra sua evocabat, juncta hac promissione: *In te benedicentur omnes familia terra: tu eris ipsissim ab benedictio. Expr̄dicatis; benedicentur, benedictio,* intelligere subiectum

jectum potuit Abram, nempe Messiam benedictionis fontem. Hoc autem promissionis verbo dubium non est, qvin fides Abrami fuerit accensa . ut fiduciam, de futuro Semine, in quo & ipse benedictionem habiturus esset, conceperit. Per fidem enim DEO credidit vocanti & terram suam egressus est teste Apostolo Ebr.ii.8 fides autem ex auditu , auditus per verbum DEI, Rom. 10.17. Deinde cum jam egressus ex patria sua , in promissam venisset terram, denio apparet Deus Abramo dicens: *Semini tuo dabo hanc terram* Gen. 12. 6. Per hoc semen intelligi benedictum Abrami semen potest, qvod aliquando in hac terra erat nasciturum illamque doctrinam suam impieturum. Sic iterum iterumq; fidem Abrami accendit augerq; Deus: certe enim Abram est vestigio Altare in loco isto aedificavit Domino, qui ipsi apparuerat Gen. 12. 7. qvo autem fine? nisi ut fidem suam a Deo accentam declararet, futuramq; Messiae passionem & mortem oblati sacrificiis adumbraret & profiteretur. Ulterius hoc ipso 15. Gen. cap. in visione Deus Abramum in angustiis & temptationibus constitutum erigit hoc verbo : *Ne timeas, ego sum clypeus tuus & merces tua valde multa.* Cumque regereret, quid dabis mihi Domine? in eodum fine prole &c. Dominus reiterabat promissionem, uti jam Sect. i Membr. 2. prolixius exposuimus: atque eadem illa promissione reiterata fidem Patriarchae accensam Deus confirmavit, uti Moses h. l. testatur, dicendo: *tunc Abram credidit &c.*

§. 7. Naturam denique fidei tribus absolvi gradibus juxta gradus animæ, paulò ante ad vocem ιππονη monebatur. Quod vero Abram etiam fides, a DEO per verbum accensa, ipsique respectu correlari a DEO ad justitiam imputata , tribus illis constituit gradibus s. partibus materialibus supra laudatis, quibus natura fidei, qvæ credit, juxta orthodoxos absolvitur, & (1) qvidem non fuerit coeca fides, sed noticie lumine fulserit, propter quam fides lumen est, Matth. 5. 16. Nec (2.) diffidentia hæsitaverit, sed assensu cognitæ promissioni præbito polluerit: Nec (3.) assensus nudus, sed & fiducia fuerit, immotæ animi πρόποντια prædicta, h. e. fiducialiter in Domino, semen benedictum promittente, quieverit, illud vel unicus docere nos locus potest Rom. 4. 20. 21. 22. qvo certe Apostolus disertis de Abraham verbis testatur, qvod non bastaverit in eis inay-
zation ad promissionem (de semine benedicto) incredulitate, sed robu-

lus faciens sit, dans gloriam DEO: Επωνυμος δε εις επιστημα persuasione inductus, quod promittens etiam potens si facere (præstare promissa) εποπτεια imputatum sit illi ad iustitiam. Qvomodo enim quæso (1.) promissioni data assentiri illamve assensu approbare, certa per-
spexione conceperit, firmiter credere potuit, nisi promissionem ex verbo divino intellexerit & cognoverit: implicat enim credere quicquam illiq; assensum præbere, qvod ignoramus. Credere ignotis stultorum est: Imo & Diabolorum fides, qvia notitiam habet Jac. 2.19. fide Abrami & ignorantium præstaret. Et qvomodo (2.) ad promissi-
onem non habere vel dubitare incredulitate potuit, nisi promissioni intellectæ & cognitæ assensum præbuerit. Assensus enim dubita-
tioni opponitur Jac. 1. 6. Matth. 14. 31. c. 21. 21. Et deniq; (3.) qvo-
modo robustus in fide factus, qd iam DEO promitteri dare, certissimam
persuasione inductus, quod promittens promissa præstare queat, credere
in DEUM potuit, nisi considerit in ipsum, seu fiducialiter in Domi-
no qvieverit, h.e. summa fiducia & immota animi ~~magis~~ in pro-
missionem divinam (fore scil. ut in semine ipsius omnes bene-
dicerentur gentes) latus fuerit? Atq; hæc est ipissima veræ fidei
justificantis & salvificæ natura.

MEMBR. III. illustrans Fidei Abramiticæ OBJECTUM, prædicato involutum, επικριτική voce בירוחה designatum.

S. I. Idei v. hujs jam descriptæ Objectum h. l. designatur vo-
ce בירוחה h. c. in Deum, qui semen benedictum promittebat.
Objecto huic involvi promissionem de semine benedicto Messie, ge-
nus humanum redempturo, ex datâ textus οὐαφεία jam genera-
liter innotuit, & deinceps deducetur. In antecessum verò de voce
בירוחה sumus solliciti, qvæ exhibet nomen divinum יְהוָה cum præ-
fixa literâ servili extraessentiali ב; ubi multa qvidem circa illud
nomen se offerunt notanda; qvia tamen ab instituto nostro vi-
dentur aliena, nec nobis hic prolixioribus esse liceat, suo hæc lo-
co relinqimus, & tantum de constructione s. compositione ejus cum
particula ב nonnulla afferemus, qvæ inter alia significare vel pre-
positionem ^{מִן} in cum ^{בְּ} acens, e.g. Ps. 40. 15. בְּכָל in omnem terram exiit
regia.

regula illorum, quomodo exponitur Rom. 10. 18. *אֵת מִסְרָאֶתְךָ יְהוָה*
&c. Cont. Gen. 11. 4. vel *Datipum* e.g. Gen. 27. 13. *ausculta בְּקוֹרִי*
mea, quomodo speciatim verbum *הַאמְנִי* quod h. l. datur, cum præ-
fixo בְ in versionibus per *Dativum expresso constructum*, legitur
e.c. Exod. 14. 31. *Crediderunt* *בְּכִיהָה וּמִשְׁחָה* Itemz. Paral. 20. 20. *credidisse*
בְּ *בְּנֹבִיא* Conf. 1. Sam. 27. 12. quanquam
pro *בְּ* *בְּלִיכְעַבְדִּי* (nota *Dativi Casus*) exprimitur, e. c. Deut. 9. 23. *וְנַאֲכַזְבֵּן*
לְ *לוֹ* sc. DEO. Imo & Ps. 106. ultraq; locutio cum *בְּ* & *לְ*
reperitur, nempe v. 12. *Crediderunt in verba ejus & v. 24. non credi-*
derunt verbis ejus.

§. 2. Qvaritur autem, an h. l. in *בְּ* sit red-
dendam: in Deum, an v. Deo? Certè versiones quidem ut plu-
rimum h. l. & alibi præfixum illud ב post verbum *הַאמְנִי* vertunt per
Dativum Domino s. DEO, quomodo & Lutherus. Sic Exod. 14. 5.
LXX, habent: *αγαπάσθαι τῷ Θεῷ καὶ μοναχοῦ* Luth. Und gläubien
Ihm (Gottes) und seinem Knecht Mose. Similiter & Apostolus in
allegatione loci nostri Rom. 4. 3. ex LXX. habet: *credidit τῷ Θεῷ*:
Ceterum plus est in *Deum credere*, quam credere *DEO*, quia illud (*in*
Deum credere) etiam fiduciam denotat, uti Schertz. loquitur in Coll.
Anti-Soc. Disput. 80. p. 654. quomodo & Lutherus 1. c. 2. Paral. 20. 20.
diversimodè loquitur, gläubet an den Herrn/ gläuber seinen Propheten/
licet utrobiique *הַאמְנִי* cum ב construatur. Hinc idem Apostolus
Rom. 4. locum hunc primò quidem ex LXX. allatum in *Dativo*: *cre-*
didit DEO; deinceps verò seq. vers 5. & 24. exprimit per *credere in*
Deum. Dicit enim vers. 24. *credentibus in illum*, qui excitavit Jesum
Dominum nostrum ē mortuis, imputatur Ge. Ubi quidem in Græco est
Ἐπειδὴν ἦταν ἀσθετός; verum *Ἐπειδὴν ὑπερβαίνει περὶ αὐτοῦ* Ge. *cre-*
denti in illum, qui *justificat impium &c.* adeoq; maluit Apostolus dicere:
credere in Deum, quam *DEO*. Unde & nos per vestigia ejus ducti
illas omnino versiones, quæ habent *in Deum*, quippe quæ fidem A-
brami, immortæ animi fiduciæ certissimaq; persuasione illustrem
(prout illam paulò ante exposuitus) magis exprimunt, præferre
non dubitamus, ita tamen ut prius(*Deo*) non excludatur.

§. 3. Ceterum missis jam nominalibus ipsam
quoque rem sc. fidei Abrami Objectum s. Rem. creditam s. fidem

que creditur, indagemus oportet. Diximus verò in præcedentibus Objectum fidei Abramiticæ esse DEUM, qui semen istud benedictum promittebat, vel potius promissionem DEI, de semine benedicto Messia, spiritualem & eternam benedictionem h.e. redemtionem ac remissionem peccatorum Eph. 17. Gal. 3. 13. 14. reducturo: unde Targumim non temerè: crediderunt בְּמִיכָרָא רַוי h.e. in verbum Domini; s. verbum illud de נָבָע substantiali Messia s. de promissione divina intelligas, id qvod etiam connexio textus supra Sect. i. Membr. 2. exposita & locus Rom. 4. 20. seq. commonstrat. Qvicquid enim per fiduciam promissionis divinæ describitur, illius proprium objectum est promissio divina. Atq; fides Abramil. c. ita describitur: ita enim Apostolus: Abramam, inquit, non bastabat ad promissionem DEI incredulitate, sed robustus fatus est fidei. qua propter imputatum est illi ad Justitiam. Qvod verò promissio illa divina, qvæ fidei Abrami objectum fuit, respexerit Messiam & meritum ejus s. redemtionem sanguine Christi factam, collatio cap. 4. ad Rom. cum cap. 3. 25. &c. docet.

§. 4. Eqvidem ex eadem connexionis evolutione innotuit, DEUM Abram in præced. cap. 12. Genes. non tantum semen benedictum Messiam, sed & terram Canaan & multiplicacionem semenis promisso, & his qvoq; promissionibus Abramum adhibuisse fidem; itò & in proximè præcedentibus textus Gen. 15. versibus sc. 4. & 5. expressam Seminis, juxta numerum stellarum multiplicandi, mentionem habere, ad illudq; retpicere locum nostrum de fide Abram, qvì proximè seq. vers. 6. subjicitur, videri; Verùm hic tenendum est (1.) Varia qvidem, & eterna etiam, esse objecta, circa qvæ fides versatur: qvomodo fides Abrahæ per diversitate exercitorum diversa habuit objecta, in qvibus occupata fuit. Conf. Ebr. 11. 8. seqq. qvo etiam spectat promissio terra Canaan & multiplicatio posteritatis; Sed Objectum, cuius respectu fides coram DEO iustificat, vel Objectum fidei Abramiticæ iustificans ut sic esse Deum, promissionem divinam de Christo, qui solus est semen illud Abramum promissum, in qvo omnes gentes benedici debebant Gal. 3. 16. (2.) notandum, (qvod jam suprà tetigimus) verba loci nostri: Credidit Abram in

Dominum

Dominum, non tantum respicere proximè præcedentia, quasi illam
tantum promissionem de semine juxta numerum stellarum multi-
plicando Gen. 15. 4. 7. vel jam demum crediderit: Sed ad alia quoque
Gen. 12. & 15. esse referenda, quod sc. promissionibus, quæ extant
Gen. 11. 3. int̄ i.e. semine tuo benedicto. &c. & Gen. 15. 1. Ego clypeus
tuus & merces (hæc enim promissio gratiæ erat singularis in Christo & salutem ejus includebat) assensum suum præbuerit, illasque
fiducialiter apprehenderit, vel potius fidem assensum & fiduciam
harum continuaverit, inqve illis confirmatus fuerit. Sed & (3.)
advertisendum, sub involucro Seminis multiplicandi ipsum
quoque Messiam semen benedictum, ex posteritate Abrami proditurum
comprehendi, adeoque promissionem Seminis multiplicandi, quæ
proximè præced. vers. 4. Gen. 15. reiteratur, non solum respicere se-
men corporale, sed & spirituale, præcipueq; Messiam benedictionis
fontem, quod collatio loci Gal. 6. 7. 8. 16. 29. ostendit. Conf.
& Act. III. 25. Suffragatur nobis (Chemnitius in LL. Theol. p. m. 246.
scribens: Semper Patres in mentione Seminis respexerunt ad primam
promissionem Gen. 3. 15. Fuit igitur Semen benedictum proprium & prin-
cipale Objectum in illa promissione; Gen. 15. 5. fore ut ex carnali posteritate
Abrahe nascatur semen illud, in quo omnes gentes benedictæ essent, &
propter illud semen Abram tanit fecit promissionem posteritatis. Et post
pauca: Semper igitur in involucre illo de posteritate corporali Terra
Canaan finis, scopus & colophon fuit semen illud benedictum, sicut Christus
ipse de Abram affirmat Joh. 8. 56. Vidi diem meum, & Rom 9. 7.
Gal. 3. ult. vocantur semen & filii Abrahe, promissionem qui de Christo ample-
tuntur. it. Rom. 4. 7. fides Abrami declaratur per illud Psalmiz. Beatus
qui remissa peccata. Hæc testimonia perspicue ostendunt, quod nam fave-
rit objectum fidei Abrahe, cuius respectu & apprehensione justificatus est.
Hucusque magnus Chemnitius, cum quo adeò recte concludimus,
Objectum fidei Abramiticæ justificantis ut sic, fuisse promissionem Evan-
gelicam de semine benedicto Messia & marito ejus, h. e. de gratuita pecca-
torum propter Christum remissione.

MEMBR.

MEMBR. IV. expanans.
FIDEI ABRAMI, QVÆ CREDIT, CONSE-
QENS, itemque fidei que creditur EFFECTUM. b. e. impu-
tationem ad justitiam.

DEnique Prædicato involvitur Consequens fidei Abrahamiticæ, quod est imputatio ad iustitiam, circa quod iterum tam Philologicè quam Theologice processuri notamus (1.) vocem imputavit (2) ad iustitiam. Circa imputationem dum initio versamur, non tam de latina voce quam de illis, quæ in Textibus Authenticis Ebraeo & Greco habentur, solicitius nus. Textus vero Ebraeus habet verbum וְיִמְעַט שׁבָּת i.e. & imputavit illud. Affixum verbi hujus נְגֵנִי generis quidem feminis est, h. I. autem neutraliter accipitur, cum Ebraei neutrum non habeant, sed pro illo plerumque feminino utanturuti Psal. 27.4. Gen. 50.20, rarius masculino, uti Gen. 2.18. adeoque affixum hoc pronominale, si neutraliter per ILLUD exprimitur, respicit præcedentem totam orationem credidit in Dominum, quam Ebraeus subaudit. Similiter subaudit principium quod imputavit sc. DEUM, uti Apost. v. 6. Rom. 4. ex Ps. 32. declarat, ut sit sensus: Et (DEUS, de quo sc. in proximè præcedd. sermo, s. in quem Abraham credidit) imputavit illud sc. credere in DEUM, quomodo Lutherus recte: Und das rechnete er ihm &c. Alii affixum illud fem. referunt ad nomen verbale fem. וְיִמְעַט h.e. FIDEM per verbum CREDERE indicatam. Ita qq. Apostolus Rom. 4. 5. effert: Credenti in iustificantem impium, fides imputatur ad iustitiam.

§. 2: Sed ab affixo vocis regredimur ad verbum וְיִמְעַט, quod Græcus & ex eo Apostolus Rom. 4. uti & vulgatus passivè reddunt per εἰσειδη reputatum est sc. à DEO, eodem sensu, subaudi q. 7ero illud sc. credere in DEUM, uti liquet tam ex seq. v. 5. & 9. ad Rom. 4. quam ex Ebraeo וְיִמְעַט & imputavit illud. Solent enim Ebraei verba activa tertie personæ sine supposito posita, ut h. I. וְיִמְעַט illud, peculiari lingua idiosismo passivè impersonaliter explicare, Conf. Glass. Phil. S. l. 3. tr. 3. Can. 23. p.m. 287. Sic. Gen. 6. 14. idcirco נְגֵנִי vocavit patrem ipsum sc. vocans i. e. vocabatur, man his ihu. Jes. 9. 6. Puer natus est &c. וְיִמְעַט vocabit no-
men

men eus sc. vocans, h. e. vocabitur nomen ejus &c. Ier. 23. 6. קָרְאָה
vocabit eum sc quisque h. e. vocabitur. Sic Luth. das man ihn nennen
wird. Similiter LXX. & ex iis Apostolus ad Rom. 4. 3. passim h. l. red-
dunt ἐστιον i. e. imputatum est.

§. 3. Post Ebraismos in voce וַיְחִשֵּׁב latentes, ipsam
quoque significationem Radicis ejus חָשֵׁב & Græci verbi ιδεων
evolvere vellemus, nisi breves esse cogeremur. Inter alia & præci-
puè significat non tantum estimare, reputare, habere aliquo loco, ha-
bere aliquem pro rati vel rati, eratire ut ealem vel tam, quomodo ac-
cipitur i Reg. 10. 22. Nibil erat argentum, nec quicquam estimabatur
(reputabatur) in diebus Salomonis Ps. 144. 3. quid est homo & filius
homini & reputas (estimas) eum. Conf. Job. 13. 24. Sed & impun-
care, adscribere alicui aliquid, appropriare. Sic Psalm. 32. 2. Beatus vir, cui non
reputabit se bona iniquitatem. Psalm. 106. 31. & fecit Pinhas Ge:
רוּקָה וַיְחִשֵּׁב לוּ וַיְזִקְנָה.

§. 4. Apud Græcos verò Ebrææ voci respondent verba:
ιδεῖν & ιδεῖν, ex qvibus illud in Ep. ad Philem v. 18. occurrit
Si verò quid damnum tibi intulit aut debet, τὸν ἄραι εἰδότα, id mibz
imputa, item Rom. 5. 12. peccatum verò τὸν εἰδότα, non imputatur.
ubi non est lex: Hoc verò non tantum in loco Paulino sed & in Græ-
ca LXX, qvam Apostolus allegavit, passimq; ab Apostolo præcipu-
eq; in Artic. de Justific. usurpatur. Siqvidem significatio verbi hu-
jus ιδεῖν in N. T. concordat ferè cum Ebræi בְּשָׂרִים, cuius signi-
ficatione ultima h. l. obtinet, scil. imputandi. Conf. Rom. 4. 8. Beatus Vir,
ως μὴ λογίσηται, cuinon imputabit Deus peccatum & c. 4. v. 4. 5. 6. 9. 10.
11. 22. 23. 24. Minime verò in utriusque vocis acceptioñibus ullavell
inserendi vel implantandi vel infundendi significatio apparet, nec vox
Ebræa s. Græca in Scripturis S. in illa significacione usurpari depre-
henditur: ut adeò frustra sint, qui illam significacionem hic finge-
re non verecundantur. Unde & meritò laudatus supra Cbennitius
olim Philosophantis cuiusdam ineptias risit, qviverbum putare cum
Compositis bortense vocabulum esse statuens, putavit ἂν imputare ju-
nitiam esse inserere, implantare & infundere homini novas qualitates,
sicut amputare sit per operationem aliquid auferre. Sed tamen adeò
inepta non fuit illa Philosophantis commentatio, ut non Tridenti
in Concilio cum supercilio tanquam sapientia proponeretur.

C

Conf.

Conf. Chemic. Exam. Conc. Trid. Nos verò qui Authenticorum
Ebræi Græciq; Textuum voces magis quam Latinam hic attendi-
mus, contra bortensem s. *Physicam* vocabuli Latini significationem ur-
gemus, quod vocabulum *imputationis*, si quando pro *inserione* vel
implantatione accipitur, Græcè per vocem ιμποτατιονα exprimatur.
Conf. Rom. 11.17. Cum vero in significatione forensi (uti hic in
articulo justificationis) sumitur, per τὸ ἀγνίγεδον, quod h. l. reperitur,
semper ab Apostolo redditur. Atq; ita ἀγνίγεδον s. *imputare* est cau-
sam vel rem alicui adscribere &c. Sicuti ex infra dicendis ulterius
patebit.

S. 5. Ante verò, quam ad Theologicam *imputationis* hujus
considerationem deveniamus, ultima quoq; vox צְדָקָה, quam A-
postolus per εἰς δικαιοσύνην h.e. ad *justitiam* exprimit, nonnihil ex-
ponenda venit. Primo enim hic deficere videtur particula ה, qvæ
alias distinctis Nominum Casibus inservit, commuenter Dativo (uti
in præcedente loci hujus vocabulo לְנִי ipsi) saepiusculè Genitivo pos-
sessoris s. Autoris, ut Psalm. 3. 1. מֶטֶר לְרוֹד Psalmus Davidis
Gen. 14. 18. עַלְיָן לְאֵלֶּה כִּחְזָקָה Sacerdos Dei Altissimi &c. prætereaq;
Præpositionem ad vel in notat cum Accusativo, Ps. 68. 19. nonnunquam
vero cum Ablativo Ps. 16. 10; non raro tamen uti h. l. deficit, qvæ cer-
tè particulae hujus Ellipsis ex 2. Sam. 15. 31. וְרוֹד עַד דָּבָר nunciatum est
pro 1. Sam: 5. 8. תָּה pro תָּג c. 16. 16. pro עַבְרִיר Ps. 119. 33.
עַכְבָּר pro לְעַכְבָּר aliisq; locis elucescit. Qvod v. & h. l. deficit, adeòq;
צְדָקָה pro צְדָקָה positum sit, non tantum LXX. & Targumim,
sed & Apostoli, hunc locum in N. T. citantes & præpositionem
εἰς adhibentes, disertè innuunt. Quid? quod Apostolus noster Rom.
4. non tantum v. 3. (ubi locum nostrum Mosaicum allegat) sed &
v. 5. 9. & 21. vocem hanc צְדָקָה per εἰς δικαιοσύνην expressit. Conf.
& Ps. 106. 31. ubi in eadem phrasí post idem verbum בְּשָׁבֵב *imputavit*,
legitur צְדָקָה *ad justitiam*.

S. 6. Ipsa autem vox צְדָקָה passim in Sacris literis signifi-
cans *justitiam*, & ap. Rabbinos *Eleemosynam* (quod justum sit & *justitia*
Symbolum pauperibus succurrere) quomodo & vocem Chald. צְדָקָה
Dan. 4. 24. Vulgatus reddit: & peccata tua eleemosynis redime (rectius ju-
stitia)

Sicut abrumpe) originem debet Radici פָּעַל, quæ in Kal. intransitivè significat *justum esse*, in Hiph. autem פָּעַל transitivè *justificare*, non tamen in *suppositione Papistica uspiam*, h.e. *justum facere per infusionem vel adaptionem inherentis justitiae*, uti Bellarminus exponit l. 1. de Ju- stif. c. 3. sed in forensi h. e. *Justum pronunciare, declarare, censere, reputare justum, absolvere*, Atq; ita familiarissimè & vel semper in Scripturis, ubi de DEO impium coram tribunal suo justificante agitur, hoc verbum ocurrat, uti in N. T. Gracum dicitur, cuius cognatum dicitur
h. l. apud Apostolum habetur. Conf. Exod. 23. 7. 2. Sam. 15. 4. Job. 27. 5. Jes. 50. 8. Ps. 82. 3. item loca in quibus verbo huic opponitur verbum *damnandi*, quæ certè forensem vocis significationem evidenter probat. Deut. 25. 1. Prov. 27. 15. 1. Reg. 8. 32. 1. Paral. 6. 23. Sed hæc de vocibus *imputare* & *justificare*, quibus consequens fidei Abramii designatur, sufficiant. Nunc ad ipsam rem vocibus illis significatam progrederemur.

§. 7. In hoc a. Abramiticæ fidei consequente h. e. *imputa-
tione fidei ad justitiam*, plura involvuntur, quæ adeo nunc etiam in Exegesi merito evolvuntur. Sunt illa vero sequentia (1.) *principi-
um quod imputavit*, sive causa efficiens. (2.) *Subiectum cui imputa-
tum* (4) *formæ* (5) *fundamentū* (6) *finis*. Antequam verò momenta illa specialia explicemus, generalia quædam de *imputatione*, ad meliorem eorum quæ sequuntur intellectum præmittere tenemur. Ubi re- lictis nunc aliis breviorem Apostoli distinctionem commendamus, scil. inter *imputationem secundum debitum* & *secundum gratiam*, quæ statim post locum nostrum Rom. 4. v. 4. legitur. Illa respicit opera & legem, hæc fidem & Evangelium: illa est, cuius fundamentum in ipso operante, cui imputatur, de qua hic loquitur Apostolus l.c. *Ei qui operatur, merces imputatur ex debito*: ubi est relatio & propria-
tio quædam inter mercedem & opera, & propter opera merces imputatur: bee verò est, cuius fundamentum non est in eo, cui imputatur, sed in ipso imputante, h.l. in gratia & misericordia Dei intuitu meriti Christi impium justificantis, de qua Apostolus l. c. v. 5 ita differit: *Ei, qui credit in eum, qui justificat impium, imputatur fides sua ad justitiam*. Ita generatim pater, quid sit, fidem Abramii imputari ad justitiam.

Cz

§. 8. Sed

S. 8 Sed ad specialia imputationis momenta aliaq; ut prope-
remus omnino tempus est. Huc spectat (1.) causa efficiens imputati-
onis h. l. facta s. principium quod imputavit, de quo queritur, an Deus,
an vero ipse Abram, an alii fuerint? In Ebræo certè non exprimi-
tur, quis imputaverit, sed nudè dicitur, **וַיִּמְעַטֵּר** illam
(illud); in Græco etiam τὸν, LXX. & Paulino Textu redditur: **νομίσθη**
εἰς imputatum est. Igitur Ebræi imputantem h̄c statuunt
non DEUM, sed ipsum Abramum, quasi ille vel DEO i.e. Dei Justitia
hanc promissionem, vel sibi ipsi suę justitiam eandem adscriperit, vel
cogitaverit, sibi esse justitiam vel justum, quod potius in promissione
DEI quam in sua dispositione vel cogitatione vel opinione fideret;
vel cogitaverit, quia Deus in justitiam daret sibi semen: nam בָּשָׂר signi-
ficat etiam cogitare, ut 1. Satr. 18. 25. Thren. 2. 8. Alii & quidem Chti-
stiani omnes rectius imputantem statuunt Deum, quibus suffragatur
Conuersus, qui versu immēd. p̄ced. 4. & 5. Deum introducit loquen-
tem ad Abramum, eiq; semen promittentem. Posthac versu im-
mediatè seqvente 6. & priori quidem membro dicit Textus: **Abram cre-**
didit in Deum, talia sc. promittentem: mox posteriori membro addit:
וַיִּמְעַטֵּר illud ei ad justitiam, quibus verbis actio imputationis im-
mediatè cum loquente & promittente Deo connectitur, adeòq; vox
Dominus non tantum ex p̄ced., v. 4. ubi Dominus dicitur locutus ad
Abramum, sed & ex voce בְּרֹוח, quæ immediatè p̄cedit, subin-
telligitur h. m. **Abram credidit in Dominum**, & (Dominus, in quem cre-
didit) **וַיִּמְעַטֵּר** illud ei ad justitiam, quod pluribus jam supra monui-
mus. Addimus tamen hic, quod etiam particula וְיַחֲשֶׁבָה in, qvæ
communiter copulativè redditur: **וַיִּמְעַטֵּר** illud, exponi queat per
Pronomen Relativum **תְּשַׁנָּה**, qui, ita ut proximè p̄cedens nomen
ברֹוח in quesit credidit Abram, referat, h. m. **Abram credidit in Dominū**,
qui imputavit illud ei ad justitiam. Sic quando Mal. 3. 1. dicitur: **Ecce mihi**
angelo meum דָּרְךָ **וְכֹה** **וְיַפְּרֹאֵב** viam coram me, hoc Marcus
c. 1. 1. disertè exponit per: **Ecce mittit Angelum, qui preparabit te.** id
εγένετο επί τῷ ἀγγελῷ, ὃς οὐταιρεῖσθαι &c. Ad eundem mo-
dum nonnulli locum Gen. 49. 25. **A Deo Patris tui, Gadjuvabit te,** ex-
ponunt per: **qui adjuvabit te** &c.

S. 9. (B) Subjectum cui imputavit Deus est Abram, qui credit, designatus hic voce חָזֵה ei. Hic vero quoad statum præterium erat
im.

impius, peccator natus, idololatra factus. De nomine Abrami supra dictum m. i. ubi festinantis nobis, quæstio vexata: an Abram, antequam à Deo ex Ur Chaldeorum vocareetur, Idololatra fuerit; non incidet; hic verò commodiùs illa sed breviter moverur. Sunt qui eandem post Josephum & Patres quosdam negant, & quidem ex Pontificis Cajetanus, Pererius, Corn. à Lap. Tostatus &c. & in Harmon. p. 339. Alii vero plures affirmant. Vid. Calor y Bibl. illustr. ad Jos. 24. quibus & nos accedimus, eò quod ab Idololatri Parentibus natus, & una cum fratribus suis in ædibus paternis educatus, adeoq; non seclusus atq; isti idololatria infectus fuit, Conf. Jos. 24. 2. 3. ubi Patres Israëlitarum (non tantum Therach, sed ipse etiam Abrahamus, cuius v. 3. fit mentio) Deos coluisse alienos perhibentur. Ex quibus adeo patet, Abramum cui imputavit h. l. Deus, quoad statum præteritum fuisse impium, peccatorem natum, idololatram factum. Unde Apostolus ad Rom. 4. paulò post locum hunc nostrum v. 5. dicit, Deum justificare impium h. e. qui impius fuit, adeoq; Abramum in se impium declarat eiq; omnem operum gloriam coram DEO adimit. Cum enim omnes homines DEO sint obnoxii, juxta Apost. Rom. 3. 19. vel, uti ipse seq. v. 23. exponit, sine distinctione omnes peccaverint, h. e. peccatores sint, quis Abramum exciperet? Quod statum v. presentem, cum sc. coram Deo justificaretur Abrahamus, erat credens, [quod Moses clarèt. I. indicat dicens: Et tradidit in Deum] ut ita, licet in medio bonorum operum cursu existeret, tamen explicante Apostolo seqv. v. 5. non ex operibus sed fide, credens in illum qui justificat impium, per imputationem fidelis sit justificatus.

S. 10. (γ) Res, quæ in Imputatione respicitur, vel materia quam Deus Abramo imputavit, positiū hic designatur per affixum sive in voce יְהוָה שֶׁבֶת ^{אֵל} imputari illam, quæ, uti suprām. 2. ostendit, vel vocem אֱלֹהִים ^{בְּנֵי} fidem, vel, neutraliter more Ebræorum accipienda, respicit totam præcedentem orationem: Et credidit in Deum. Ita enim ipse Apostolus seqv. v. 5. ad Rom. 4. effert: Credens in eum, qui justificat impium, fides imputatur ad justitiam. Intelligit verò non tam fidem que credit vel quam credunt, quam quam creduntur. Fides enim quia imputatur ad justitiam (ut mox dicitur) necesse est habeat aliquam justitiam; non autem habet aliam quam apprehensam i. e. Christi. Non enim fides in se, sed Christus nobis est à DEO factus justitia. 2.

Cor. i. 30. ut ipse esset יְהוָה צְדִקָּתָנוּ Jehovah Justitia nostra Jer. 23. 6.
Adeoque fides absolute sumta s. actus materialis vel habitus fidei tantum coram DEO valoris non est, nec ultra competentem naturae suae valorem elevatur, ut imputetur adjustitiam; sed fides ratione sui correlativa vel rei recepta vel apprehensio aliena scil. Christi justitiae, vel in fide, seu speculo receptum vel apprehensum semen Benedictum ejusque meritum, vel parta benedictio, Abramo ad justitiam imputari prohibetur. Neminem verò offendat, quod Christus in V. T. juxta humanam naturam nondum extiterit, adeoque nec passus nec mortuus in V. T. fuerit. Licet enim passio & mors Christi in V. T. nondum fuerit in actu & complemento, fuit tamen ibi in de reto & præscientia, in merito & efficacia, in sponsione & stipulatione: quo etiam respectu agnus ab origine mundi oeci us dicitur Apoc. 13. 8. Vis ergo & efficacia meriti Christi apud Patres V. T. ex sponsione ipsius fuit, quatenus illa ad solutionem, in plenitudine temporis certofuturam, habet relationem, quamvis actu præstata nondum esset. Atque hæc justitia & meritum Christi, antrosum & retrorsum valens ac fide apprehensum, est materia imputationis positive à Mose per affixū. f. indicata, sed à Paulo pluribus Rom. 4. descripta. Et in illa imputatione justitiae Christi consistit ab una parte forma Justificationis & est actus Dei positivus &c. Ubi tamen non excludenda sed subintelligenda ab altera parte est materia imputationis privatiè à Paulo ex Davide ibid. expressa, sc. peccatum vel Justitia propria Abram. Ita vero Apostolus Rom. 4. v. 7. & 8. ex Ps. 32. Beatus Vir, cui iniquitas sua est remissa, & cui Deus non imputat peccatum. Et 1. Cor. 5. 19. idem ait: Deus erat in Christo mundum fibi reconcilians, non imputans illis peccata sua, quæ per Justitiam Christi teguntur Ps. 32 Rom. 4. 7. Ubi sanè mirari oportet, Abramo, licet in medio bonorum operum cursu esset, adeoq; multa haberet opera ex fide profecta juxta, Ebr. 11. non tamen illa opera, quorum encomio fulgebat, sed fidem dici imputatam. Unde & Apostolus Rom. 4. 3, præmisso hoc Genesios loco, in Articulo Justificationis exclusivam suam (sola fide) ad illa Abram opera accommodat, seq. v. 5. dicens: Non operanti, sed credenti fides imputatur ad Justitiam. Item v. 6. ad Abramum jam renatum dicit pertinere illud Davidis: beatitudinem esse eus hominis, cui Deus imputat Justitiam sine operibus.

S. II. (d) Forma imputationis hujus involvitur ipsa voce Ebraea בְּשֻׁרְכָּת & Græca οὐ ποιεῖσθαι, atq; Consistit in gratiosa adscriptione.

*appropriatione alienæ justitiae per fidem apprehensæ, quā Abram
(persona justi sicanda) in se quidem peccator, sed credens in judicio
divino & ^{ad} *scripturam* Evangelicam, propter Justitiam Christi, seminis
benedicti, fide apprehensam pro justo habetur, haud secus ac si ab
ipso met præstata esset. Unde colligitur in nobis ipsis non esse funda-
mentum gratuitæ imputationis, sed fundamentum potius contrari-
um nempe damnationis meritæ, si nimis rūm juxta rigorem justitiae
Deus vellet judicare.*

S. 12. (8) Non autem Deus justitiam credentibus sine aliquo fundamento imputare putetur, quippe qui ipse id abominationem esse dicit. Prov. 17. 18. I. 23. Illud tamen fundatum non in homine sed extra hominem, nimirum in imputante & imputationem obedientia & justitia promerente Christo, benedicto illo semine, quærendum est: Siqvidem imputatio non juxta debitum sed secundum gratiam est, ut loquitur Apostolus Rom. 4. 16. Adeoque imputatio illa non est imaginaria s. purativa, sed realissima & efficacissima, ex qua homines, in Christum credentes, quibus illa contingit, omnino & verè justisunt, licet non inhæsive. Qvod adeo verum est, ut Apostolus idem 2. Cor. 5. 21. affirmare non dubitaverit, nos per hanc imputacionem effici Justitiam Dei (i. e. quæ apud Deum valet) per Christum, si- cut Deus ipsum pro nobis fecit peccatum i. e. ipsi sponte recipienti pecca- tum imputavit, quasi peccatorum maximus esset. Ex qua compara- ratione Apostolica, quam efficax & realis sit imputatio, intelli- gi satis potest, Nosita argumentamur: Quo pacto Christus pro nobis factum est peccatum et in justitia (vel nostrum peccatum, quod non erat Christi, factum est Christi) eo quoque pacto justitia, quam non erat nostra, facta est nostra; At qui Christus factus est peccatum & in justitia pro nobis, non per inhæsionem nec infusionem, sed per imputationem & tamen verè & efficaciter: siqvidem propter hoc factus est maledictum & acerbissimos sustinuit dolores. Ergo, Quam certè gratiosissimam permutationem & translationem quis- quis non agnoscit, in Christum ingratissimus censetur.

quis non agnoscit, in Christum migrans cunctus erit.
§. 13. (?) A fundamento tandem procedimus ad finem & effectum imputationis fidei & appropriationis justitiae, notatum hic voce Ebræa קֶרֶת & Græc. ἡ δικαιούλευ h. e. ad Justitiam, adeoq; finis & effectus ejus est Justitia h. e. non ut fides, qva credimus, sit Justitia Abrami & nostra, qvippe qvæ nulla est; neq; ut fides in opus bonum

bonum iustumque Abramo & nobis scribatur; neq; ut Justior coram DEO ex justo fieret, cum Apostolus nuspian dicat Abramum ex fide factum tuisse justiorem, idemq; justitiam Pontificiorum secundam ignoret; sed ut quæ alterius (Messiae) justitia est quamq; fide apprehendit, sua (nostra) fieret vel ut efficeremur justi per illum, 2. Cor. 5. 21. Sed hæc de sensu loci sufficientant. Succedit ergo

SECTIO III. PRACTICO & PORISMATICA.

Cum enim tractatio loci Scripturæ sine usum additione sit manca, Hinc ad usum quoq; loci hactenus expositi dilabimur; quantum ob pagellarum angustiam vela hic contrahere, usum, tantum consecutariis indicare tenemur, quæ vindicari ex data exegesi possunt.

CONSECT. I.

Idem planè modus iustificandi in V. & N.T. est.
Contra Pontificios, Scholasticos & Patres quosdam, item contra Socinianos & Arminianos.

CONSECTARIUM II.

Deus Hominem Peccatorem in Christum credentem sine ullo operum legis s. gratie iniui uadeoq; sola fide iustificat.

Contra Pontificios, Socinianos & Arminianos.

CONSECT. III.

Propter solam Christi obedientiam iustitiam, que antea rsum est rectorum valet, nobisq; per fidem imputatur, adeoq; non in besive, sed imputative, veretamen, coram Deo iustificamur.

Contra Pontificios, Socinianos & Arminianos.

CONSECT. IV.

Fides in Iustificationis actu non (1.) ut conditio quedam moralis, neg(2.) ut dispositio quadam, nec (3.) qua actus noster, aut (4.) qua obedientia spectatur; sed unicè, qua organon est, quo meritum Christi apprehendimus nobisq; applicamus (1.) Contra Armin. quibus hic pollicem premunt Novatores (2.) Contra Pontific. (3.) qtra eosdem. (4.) tra Socinian. & Armin.

CONSECT. V.

Fides, qua creditur, elevatione non indiget, per graiosam Dei estimacionem, ut ipse fidei actus materia imputationis fiat; sed fides qua creditur s. objectum, quod creditur, b.e. meritum Christi fide apprehensum imputatur credentis ad iustitiam. Contra Arminianos.

Sed hic abrumpere filum tenemur. Gloriasit CHRISTO, qui est ex Abramo & Patribus secundum carnem super omnia Deus in secula, benedictus!

GENEROISSIMI, PER QVAM REVERENDI, NOBILISSIMI,
PRUDENTISSIMI, EXIMIUSQUE VIRI,

Si sit se de desiderijs expectationi Vestrae in tenebris hactenus delite sensim
genij mei partus, qui haud pridem inter privatas Rosarum Musas accessus,
illuxit: primicias puto studiorum meorum Theologicorum, quas Vobis laudem
magis conatus, quam virium praemia exorantes, offero. Fiducia enim, qua
in Vos, Patroni Fautoresq; Maximi, accendor, erexit animum, hanc tantillae
operis pagellas, ut reseram obsequium mei, Vobis consecrare, & ut decenti magis
nitore constent, Benevolentiae Vestrae, quâdebet observari, insinuare. Huic
enim labori cum Patronos circumspicerem, venui mibi in memorem illud Arisidis
Adrianei, quod orationes. iegw scribitur: Templa qvidem Diis convenit
consecrare, Viros vero eximios scriptorum dedicatione honorate. E-
quisstum ergo judicavi, Vobis Vestriq; honoris memoriae perenni hoc quequid
est chartacei munera, dedicare; Cujus rei rationes sunt potissimae, partim, ut,
quantis ego obsequiis Vobis metu obstrictus vivam perspicias, partim etiam,
ut nihil mibi jucundius esse sciatis, quam si aeternum ad Vestra sacra obli-
gatum offerre animum sufficiam. Optima namq; clientis animi indoles haec est,
ut observantia nunquam intermoritura consecret & eternitati ipsi Patronorum &
Fautorum Nomina. A qua conservudine tantum abest, ut recedere unquam volu-
erim, ut potius eandem ni u omni observare studuerim. Et ne ego iuter tot
concertationes solus obmutuisse videar, malo potius imitatione optimorum ex-
emplorum inflammatu, exili boce scripto Nomina condonare Vestra,
quam culpâ committere mea, ut in debitâ mea erga Vos observantia & affectu
quidquam desiderari videatnr. Admitti ergo hoc & consecratum haud invitti
babete, sed bilari exponre, & a quidem fronte capessite, quâ olim Art-
axerxes benignitate, quan Pluarchus prædicit, cuinihil adeo parvum uspiam
oblatum, quod non prompte, libenterq; acceperit; Sic rem Generosis Heroi-
bus, Virisq; eximius dignam facietis. Hujus si me voti comparem intellexe-
ro, boni omnis loco ducam, atq; opera precium me fecisse judicabo, nihil cu-
rans, quicquid vel Zoilivel Momiliv contrâ bisticat, quippe adversus quem Au-
toritatis tutelag, Vestra clypeos sat ero manitus. Ego autem quod factis meis
deest, votis adimplebo, Dcumque T.O. M. indefessis precibus venerabor, ut o-
mnem pori gratiam diffundat, & VOS quam diutissime Ecclesia, Pat. ie, Reiqui-
blia, Vestri Vestrarumque Familiarum, & meo denig, si merear, bono annare,
perennare sinat, incolumes conserveret, & voti felicitati cumulos indies addat,
quot voces ac syllabæ, ino & literæ presenti scripto continentur. Fiat ita Fiat!

Scrib Rostock:

d. 25. April. 1696.

Amplissimorum Eximiorumq;
Nominum Vestrorum
Devotissimus promptissimusq; Cultor
MATTHÆUS BOLIUS

Eximio planè atque erudito Dn. BOLIO,

De ABRAMO imputatiè solâ fide Justificato,

Publicitus ante discessum in patriam disputatuò

FELICITER!

M Oestus, AMICE, quidem meriti fers fata PARENTIS;

Sed tamen en! ambis *lætus honesta simul.

Sit specimen studii felix, precor: omne, quod ambis,

Obtineas lætus, premia grata feras!

* Matthæus Bolius, LMq; inter occup:

Anagr.

Ho! Tu lætus

ambis,

A.D.HABICHHORST F,D.

S Olam justificare fidem, non munera legis,

Abrami exemplo fultus, Amice, doces,

Ausus hosce Tuos meritò collaudo, proboq;;

Augmenta & posthac uberiora precor.

Cl.Dn.Resp.de eximiis in studio Theologico
professibus totà mente applaudens gr.

JO.FECHT, D.PP. Consist.Ads.

& Distr. Rost. Superint.

A Scendis Cathedram, BOHLI, spiramine sacram

Auf'ice divino, Justitiamque doces.

Ardua moliris pro religione fideq;

Abrami pugnans, Ibova secundet opus.

Hinc ego victorem latum mibi spondeo, BOHLI,

Cui doctà summum surgit ab arte decus.

Landibus extollent docti, vestigia calcas.

Dum Patris & Patrui. Premia digna feres.

Te standæ amicitiae feri, & Dn.Resp. abiturienti
fausta & prospera qvæq; prec.

BERNHARDUS MÜLLER:

ss.Th.D. & Ecclesiastes ad D.Mar

(o)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740914219/phys_0033](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740914219/phys_0033)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740914219/phys_0035](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740914219/phys_0035)


DFG



**GENEROISSIMI, PER QVAM REVERENDI,
PRUDENTISSIONI, EXIMIUSQUE V**
Si sit sese desiderijs & expectationi Vestrae in tenebris
 genij mei partus, qui haud pridem inter privatas Rof
 illuxit: primicias puto studiorum meorum Theologicorum
 magis conatus, quam virtum præmia exorantes, ofero
 in Vos, Patroni Fautoresq; Maximi, ascendit, erexit a
 operis pagellas, ut reseram obsequium mei, Vobis consecra
 nitore constent, Benevolentia Vestrae, quâdebet observa
 enim labore cum Patronos circumspicerem, venui mibi in n
 adrianei, quod oratione. iegw scribitur: Templa qui
 consecrare, Viros verò eximios scriptorum dedicat
 quissimum ergo judicavi, Vobis Vestriq; honoris memoria
 est chartacei munera dedicare; Cujus rei rationes sunt
 quantis ego obsequijs Vobis metu obstrictus vivam per
 ut nihil mibi jucundius esse sciatis, quam si aeternum ad
 agium offerre animum sufficiam. Optima namq; clientis
 ut observantia nunquam intermoritura consecret aeternit
Fautores Nomina. A qua conservudine tantum abest, ut re
 erim, ut potius eandem ni uero omni observare studuerim
 concertationes solus obmutuisse videar, malo potius imita
 emplorum inflamus, exili boce scriptio Nominis
 quam culpâ committere mea, ut in debitu mea erga Vos
 quidquam desiderari videatur. Admitti ergo hoc Con
 habete, sed bilari exponere lagg; & a quidem fronte capi
 zexes benignitate, quam Pluriarchus predicit, cui nichil
 oblatum, quod non prompte, libenterq; accepit; Sic ro
 bus, Virisq; eximiis dignam facietis. Hujus si me voti
 ro, boni omnis loco ducam, atq; opera precium me fec
 trans, quicquid vel Zoili vel Momi levor contrâ bisebat, quip
 coritatis tutelag; Vestra etypeo sat ero munitus. Ego au
 deest, rotis adimplebo, Dcumque T.O. M. indefessis preci
 mnem poriè gratiam diffundat, & Vos quam diuissime E
 blicæ, Vestri Vestrarumque Familiarum, & meo denig; si
 perennare finat, incolumes conservet, & tot felicitati cu
 quo voces ac syllaba, ino & litera præsenii scripto continet
 Scrib Rostock:

d. 25. April. 1696.

Amplissimoru
 Nominum
 Devotissimus
MATTHÆU



lensim
 census,
 laudem
 n, quâ
 tanti illi
 magis
 e. Huic
 istidis
 ivenit
 . E-
 nequivid
 im, ut,
 etiam,
 a obli-
 bæc est,
 rum &
 nvolu-
 ter tot
 am ex-
 lestra,
 affectu
 inviti
 Arta-
 uspiam
 Heroi-
 ellexe-
 bil cu-
 m Au-
 s meis
 , ut o-
 Reipu-
 nare,
 addat,
 ut!
 umq;
 Culter

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.:

100